



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 32. Epistola Flaviani ad S. Leonem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](#)

tione quidquam pronuntiare non possumus. Sæculum V.
 Ideo ad nos mitte Virum huic Legationi A. C. 449.
 idoneum, qui nos de omnibus, quæ acta
 sunt, certiores reddat, & doceat, quis no-
 vus error contra Fidem subortus sit, ut,
 sicut Imperator vult, commotos dissen-
 sionis fluctus componere valeamus. Id
 difficile non erit, cum Presbyter Euty-
 ches in suo Libello promiserit, si quidquam
 reprehensione dignum in sua Doctrina in-
 ventum fuerit, illud se lubenti animo e-
 mendaturum. Hæc Epistola duodecimo
 Kalendas Martii, Astero, & Protogene
 Consulibus, nempe 18. Febr. 449. & Re- Ep. 28. al. 7.
 sponsoria ad Imperatorem prima Martii
 data est.

§. XXXII.

Epistola Flaviani ad S. Leonem.

Flavianus, acceptis Papæ Litteris, quas
 ei Comes Paniovius redditum, data
 Epistola respondit, in hunc ferme mo- Post. ep. 21.
 dum: Eutyches Apollinaris, & Valen- S. Leon.
 tini Hæreses reducit, affirmans, ante JE- Conc. Calced.
 su Christi Incarnationem duas esse Na- I. p. c. 4.
 turas, Divinam, & Humanam, at post
 conjunctionem unam tantum supervesse Na-
 turam, atque Corpus ejus, ex Maria as-
 sumptum, non esse nostræ Substantiæ, nec
 Matri consubstantiale, quamvis illud cor-
 pus humanum nuncupet. Igitur ab Epis-
 copo Eusebio accusatum, cum in Concilio
 suis

Gg 5

suis

Sæculum V. suis responsis, & ore proprio Hæres
A. C. 449. prodidisset, damnavimus, quod ex Agi-
quæ unacum his litteris mittimus, cogni-
scens. Æquum est, ut hæc ad tuam noti-
tiam deferantur, quippe Eutyches, quem
Pænitentiam agere oporteret, ut Deum
placaret, & dolorem, quo lugemus in
ruinam, leniret, Ecclesiam nostram te-
multu implere adnxit, schedas con-
ciis plenas publice affigit, & insolentia
intolerabili Libellos supplices Imperatori
tradit. Ex tuis quoque perspicimus, eu-
dem litteras ad te dedisse, mendaciis ri-
pletas; dixit enim, se in Judicio, tradito
Libello, ad tuam Sanctitatem appellasse,
quod falsum est; sed fallere te velle mon-
erubuit. Hæc omnia te excitent, Sanctissime
Pater! ut consueto Tibi vigore iusti-
negotium aggrediaris; communem cas-
sam, tanquam tuam, defende! Sententia
damnationis, canonice pronuntiatæ, tui
consensus accedat Auctoritas! denique Fi-
dem Imperatoris confirma. Nihil jam huic
causæ, nisi tuum auxilium, id est, Appro-
batio deest; sic Pax stabilitur, & spar-
sus rumor de convocando Concilio, quo
omnium Ecclesiarum quies turbaretur,
evanescet. Nempe tunc in Oriente per-
crebuerat rumor de convocando Conci-
lio cœcumeno, quod etiam Ephesi dein-
de celebratum.

§. XXXIII.